




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
151 D 10






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
151 D 10




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
151 D 10



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.  
151 D 10








~~1778~~


170


~~957a~~

157 D. 10.


CA. 1369














# Epistole Pauli.

utroque illustre in parte tua amplexibus nam dicitur: **Ame**  
sunt summa inter omnia officia **Epistola** Nam fallam opinio  
tua **Vale**

**Venerabili** **Tullio** **Caro**

**P**ropterea tuas litteras si de multis rebus te in meo magis  
delectam adde nostram. et aliquid siquid potes hanc. **V**  
infirmam non nihil te hinc. **De** te enim si confis et si ab  
commodis carere cum si te ad me te aduola: litteras tuas  
valde expecto **Vale**

**Venerabili** **Tullio** **Caro** **Vale**o transconsulto s p dicit

**V**erum tu hoc non gratificer meo. perfectum in iustitia  
sunt audacia et sapientia licet uti sententia nostro equi  
et litteras tuo nomine gratias diligat. si tu te hinc desine nam  
nostri litteras uti et nos aliquid desine et aliquid malis esse et aliquid  
into sap et istis rebus sicut siquid videtur ipse qui istis rebus  
te simpliciter effident et nihil responderet perim et tunc hinc et male  
desponderet si ad eum te cum cordi notat. **Quare** fac ut ipse primus te  
mas neque in appendice tua accedat ut possimus saluam te remissio:  
gaude Nam illo si veneris tunc cognosset nos et dremis **Vale**

*[Marginal notes in a smaller hand, partially illegible]*





## Prologus

### Incipit prefatio sancti Hieronymi in omnes epistolas sancti Pauli

**P**rimum querit: quare post euāgelia q̄ supplementū legis sunt. et in quib⁹ nobis exempla et p̄cepta uiuendi plenissime digesta sunt: voluerit ap̄lus has epl̄as ad singlas ecclesias destiare? **H**ac aut̄ causa factū videtur. vt scz iuitia nascētis ecclie nonis causis existentib⁹ preueniret et vt p̄ntia atq; ozietia rescaret vitia. et post futuras excluderet q̄stiones exemplo p̄phetaz. qui post editā legem moysi. in q̄ oia dei mādata legebant. nihilominus tamē doctrina sua rediuita semp ppli comp̄ssere pctā. et p̄pter exemplū uiuēdi libros ad nrām etiam memoriam trāsmiserūt **D**einde q̄rit. **C**ur nō amplius q̄s decem epl̄as ad eccias scripserit. **D**ecem sunt em̄ cum ea q̄ dicit̄ ad hebreos. **N**am relique q̄rtuor ad discipulos specialiter sunt porrecte. vt oñderet nouū nō discrepare a veteri testamēto et se p̄tra legem nō facere moysi. ad numez p̄moz decalogi mandatorū suas epl̄as destinauit. et quot ille p̄ceptis a pharaone instituit liberatos. totidem epistolas a diaboli et idolatrie fuitute edocet acq̄sitos. **N**am et duas tabulas lapideas duoz testamētoz figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt **E**pistolā sane q̄ ad hebreos scribit̄. quidam pauli nō esse affirmāt. eo q̄ nō sit ei⁹ nomine titulata. et p̄pter sermonis stiliq; distātiam. s; aut barnabe iuxta tertullianū. aut luce iuxta quosdā. vel certe clemētis discipuli apostolorū et ep̄i romane ecclie post ap̄los ordinati **Q**uibus respōdendum est si p̄pterea pauli nō erit qz ei⁹ non hz nomē. ergo nec alicui⁹ erit. qz nulli⁹ nomie titulāt. **Q**uod si incōueniēs absurdumq; est. ipsi⁹ magis esse credēda est. q̄ tāto doctrine sue fulget eloquio. **S**z qm̄ apud hebreoz ecclesias q̄si destructor legis falsa suspiciōe habebat. voluit tacito nomie de figuris legis et veritate p̄pi reddere rōnem. ne odium nomis in fronte prelati utilitatem excluderet lēonis. **N**ō est sane mirum si eloquēti⁹ videat̄ in p̄po. i. hebreo q̄s in peregrino id est i greco quo ceterae epistole sunt scripte finone. **N**onnet etiam quosdā quare romanoz epl̄a in p̄mo sit polita cū eam nō primo scriptā ratio manifestet. **N**ā hāc s; p̄fiscētē hierosolymā scripsisse testat̄ cū corinthios et alios iam ante vt ministeriū quod secum portatur⁹ erat colligerēt literis adhortat⁹ sit. **B**ed inde intelligi quidam volūt ita omnes

a u

## Epistole Pauli

epl̄as ordinatas vt p̄ma poneret. q̄uis posterior fuerit testata: vt p̄ singulas epl̄as gradib⁹ ad p̄fectiora veniret. Romanorū nā q̄ pleriq̄ tā rudes erāt. vt nō intelligeret dei se gr̄a ⁊ nō suis meritis esse saluatos. ⁊ ob hoc duo int̄ se populi p̄ficaret. Idcirco illos indigere asserit corrigi vicia gentilitatis p̄ora p̄memorans Corinthiis at̄ iā dicit sc̄ie gr̄am esse p̄cessam. ⁊ nō tā om̄s icrepat q̄ cur peccātes nō increpauerūt reprehēdit: sicut ait Auditur inter vos fornicatio. Et itez. Cōgregatis vobis cū meo spū trahere h̄mōi sathane In sc̄do rō laudant. ⁊ vt maḡ ac maḡ p̄ficiant p̄monēt. Galathe rō iā nulli⁹ criminis arguuntur. nisi hoc tm̄ q̄ callidissimis pseudo apl̄is crediderūt. Ephesū sane nulla reprehensione. s̄ multa laude sunt digni. q̄ fidē aplicā suauerūt Phiippēses etiā multomaḡ collaudātur qui nec audire q̄dē falsos ap̄los voluerūt. Thessalonicēses nihilomin⁹ in duab⁹ epl̄is om̄i laude p̄sequitur. eo q̄ nō solū fidē incōcussam suauerūt vitat̄. sed etiā in p̄secutōe ciuū fuerint p̄stātes inuenti. Colosenses aut̄ tales erāt vt cū ab ap̄lo v̄si corporalit̄ nō fuisset hac laude digni hēretur. Et si corpe inq̄t absens sum. s̄ spū vobiscū sum gaudens et viuēs ordinē v̄m. De hebreis rō q̄d dicēdū est. q̄z thessalonicēses q̄ pl̄imū laudati sunt imitatores facti esse dicuntur. Sicut ip̄e ait. Et vos fr̄es imitatores facti estis ecclesiarū dei q̄ sūt. in iudea. Eadē em̄ passi estis ⁊ vos a p̄tribulib⁹ v̄ris q̄ ⁊ illi a iudeis. Apud ip̄os quoq̄ hebreos eadē p̄mōrat dicēs. Nā ⁊ vincti cōpassi estis. vt rapinā bonorū vestrorū cū gaudio suscepistis. p̄gnoscentes vos h̄re meliorē ⁊ manentē substantiā

### **I**ncipit Prologus specialis in epistola Nam Ad Romanos

**R**omani sunt qui ex iudeis et gentibus crediderunt. Hi sup̄ba p̄tentōe volebant se alterutrū supponere. Nā iudei dicebāt. Nos sum⁹ populus dei q̄s ab iniūcio dilexit ⁊ fouit. nos circūcisi ex generatōe abrahāz sc̄a descendim⁹ ex stirpe. ⁊ not⁹ retro ap̄d iudeā tatū de⁹. Nos de egypto signis di ⁊ virtib⁹ libati. mare sicco p̄trāsuim⁹ pede. cū iūnicos n̄ros quissimi fluct⁹ inuoluerūt. Nob̄ pluit māna dñs ī dextro. ⁊ q̄ filijs suis celeste pabulū m̄strauit. nos die noctuq̄ co

## Epistole Pauli.

luna nubis ignisq; p̄cessit. vt nobis in inuio iter ostēderet **A**tq; vt cetera eius circa nos imensa b̄n̄ficia taceam⁹. nos soli digni fuimus dei legē accipe. ⁊ vocē dei loquētis audire. eiusq; cognoscere voluntatē. **I**n qua lege nobis p̄missus ē xp̄us. ad q̄s est ip̄e se venisse testat⁹ est dicens. **N**ō veni nisi ad oues q̄ pierāt dominus isrl. cū vos canes potius q̄ hoīes appellauerit. **E**quū ne ergo est vt idola hodie deferentes q̄b⁹ ab iūctio defuistis nob̄ cōparimini. ⁊ nō potius in p̄filitoz locū ex legis auctoritate ⁊ cōsuetudine deputemini. **E**t hoc ip̄m non merebamī. nisi qz larga sp̄ di clementia voluit nos ad nostrā imitationē admittere. **S**c̄tes est ecōtrario m̄debāt. q̄nto em̄ maiora erga vos dei b̄n̄ficia narraueritis. tanto maioris vos criminis reos esse mōstrabitis **S**emp̄ em̄ his oib⁹ extitistis in grati. **N**ā ip̄is pedib⁹ quib⁹ aridū mare transistis. iudebatis añ idola q̄ fecistis. ⁊ ip̄o ore quo paulo añ ob necē aduersarioz d̄no cantaueratis. simulacra vobis fieri poposcistis. illis oculis q̄b⁹ venerando deū in nube vl̄ igne cōspicere solebat⁹ simulacra intuebamī **M**anna quoq; vob̄ fastidio fuit. et sp̄ in deserto. p̄tra d̄nm̄ murmurastis. ad egyptuz vnde vos manu valida cecerat redire cupiētes. **Q**uid plura? **I**ta p̄rēs vestri crebra puocatōe d̄nm̄ irritauerūt. vt om̄s in heremo morerentur. nec plus ex seniorib⁹ eoz q̄ duo hoīes terrā re p̄missionis intrarent. **S**z quid antiqua replicam⁹. cū etiā illa minime fecisset de hoc solo nemo vos dignos veniā iudicaret. q̄ d̄nm̄ xp̄m̄ p̄phetarū sp̄ vobis vocib⁹ rep̄missum nō solum suscipere noluit⁹ sz etiā morte pessima peremistis. **Q**uē vt nos agnouim⁹ statim credidimus. cū nobis de eo antea nō fuerit p̄dicatū vñ probatur q̄ idolis fuim⁹: nō obstinatōi mentis. sz ignorātie deputādā **Q**ui em̄ cognitū ilico seq̄mur. olim vtiq; seq̄remur. si antea cognouissemus. **S**ic aut̄ vos de generis nobilitate iactatis q̄si nō mox imitatio magis q̄ carnalis natiuitas filios vos faciat esse sc̄toz. **D**eniq; **E**lau ⁊ **I**snael cū de stirpe sint **A**brae. m̄me tñ in filijs reputantur. **H**is taliter altercantib⁹ ap̄lus se mediū interponēs ita p̄tū dirimit q̄stiones. vt neutrū eoz sua iusticia salutē meruisse cōfirmet. ambos nō populos ⁊ sciēt ⁊ grauit deliquisse. **I**udeos q̄dē q̄ p̄ p̄uaricatōem legis deū inhonorauerūt. gētes vero q̄ cū cognitū de creatura creatorē vt deū debuerint venerari. gloriā eius in manufacta mutauerint simulacra. **U**trōsq; etiā similit̄ veniā consecutos. equales esse vera rōe demonstrat

## Epistole Pauli.

psertim cū in eadē lege pdictū sit. ⁊ iudeos ⁊ gentes ad xp̄i fidem  
ōndat vocādos esse. Quāobrem vicissim eos humilians ad pacē  
et p̄cordiam cohortatur.

**E** Explicit Dialogus. **I**ncipit argumentū

**R**omani sunt p̄tis italicie. Hi p̄uenti sunt a falsis apos-  
tolis. ⁊ sub nomine domini nostri Iesu xp̄i in legem et  
prophetas erant indocti. Nos reuocat Ap̄t̄us ad verā  
et euangelicā fidem scribens eis a Corintho.

**E** Explicit argumentū. **E** Incipit Epi-  
stola beati Pauli apostoli. Ad Roma-  
nos. Capitulum primū.

**P**aulus seruus iesu

xp̄i vocat⁹ ap̄t̄us segregat⁹ in euangeliū dei  
qd̄ ante pmiserat p̄ prophetas suos in scri-  
pturis sanctis de filio suo q̄ factus est ei ex se-  
mine dauid fin carnē q̄ p̄destinat⁹ est fili⁹ dei  
in st̄ute fm̄ sp̄m̄ sanctificatōis ex resurrectione mortuoz iesu xp̄i  
dñi nr̄i p̄ quē accepim⁹ gr̄am ⁊ apostolatū ad obediendū fidei in  
om̄ib⁹ gētib⁹ p̄ noie ei⁹ in qb⁹ estis ⁊ vos vocati iesu xp̄i. oib⁹ q̄ st̄  
rome dilectis dei vocat⁹ sanctis. Gr̄a vobis ⁊ pax a deo p̄re ⁊ dño  
nostro iesu xp̄o. Primū qd̄e gr̄as ago deo meo p̄ iesum xp̄m̄ pro  
oib⁹ vobis. qz fides v̄ra annūciat in vniuerso mūdo. Testis enīz  
mibi est de⁹ cui fūio in sp̄ū meo in euāgelio filij ei⁹. q̄ sine inēmi-  
sione memoriā v̄ri facio sp̄ in oratōib⁹ meis obsecrās si quo mo-  
do tandē aliqū p̄spez iter habeā in volūrate dei veniēdi ad vos.  
Desidero enī videre vos vt aliqd̄ impiar vobis gr̄e spiritualis ad  
p̄firmādos vos. i. simul p̄olari in vobis p̄ eā q̄ inuicē est fidem  
v̄rā atqz meā. Nolo aut̄ vos ignorare fr̄es. qz sepe p̄posui ve-  
nire ad vos ⁊ phibit⁹ sum vsqz adhuc. vt aliqū fructū habeā in  
vobis sicut ⁊ in cetis gētib⁹. Grecis ac barbaris sapiētib⁹ ⁊ in si-  
piētib⁹ debitor sum. itaqz qd̄ i me promptū ē ⁊ vobis q̄ rome est  
euāgelizare. Nō enī erubesco euāgelii. Virt⁹ enī dei ē in salutē  
am̄i credēti. iudeo p̄mū ⁊ greco. Iusticia enī dei in eo reuelat⁹ ex fi-

## Ad Romanos

de in fidē sicut scriptū est. **I**ust<sup>o</sup> autē ex fide vivit. **R**evelat enī ira dei de celo sup oēm impietate<sup>m</sup> et iniusticiā hoīm eoz. q̄ vitatē dei in iusticia detinet. qz qd notū est dei manifestū est in illis. **D**eus enī illis manifestavit. **I**nvisibilia enī ipi<sup>a</sup> creatura mūdi p ea q̄ facta sunt intellecta aspiciūtur. sempiterna qz ci<sup>o</sup> et<sup>o</sup> et diuinitas ita vt sint inexcusabiles. quia cum cognouissent deū nō sicut deū glorificauerunt aut gratias egerunt. sed euauerunt in cogitati onibus suis. et obscuratum est insipiens cor eorum. **D**icentes ei se esse sapientes. stulti facti sunt. **E**t mutauerunt gloriā incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs et volu crū et quadrupedū et serpentū. **P**ropt<sup>r</sup> qd tradidit illos ds i deside rio cordis eoz in immundiciā. vt stumelijs afficiāt corpa sua in semetipsis. qz mutauerūt veritatē dei in mendaciū. et coluerūt et seruiuerunt creature potius qz creatori. q̄ est bñdict<sup>o</sup> in sc̄la. amē. **P**ropterea tradidit illos ds in passiones ignominie. **N**ā femie eoz immutauerūt naturalē vsum in eū vsum q̄ est p̄tra naturā. **S**ilr̄ at et masculi relicto naturali vso feie exarserūt in desiderijs suis in inuicē. masculi in masculos turpitudinē opantes. et mer cedē quā oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. **E**t sicut nō probauerunt deum habere in noticia. tradidit illos deus in re probum sensum. vt faciant ea q̄ nō veniūt. repletos omni iniquitate malicia fornicatōe auaricia neq̄cia et plenos inuidia homici dijs contentione dolo malignitate susurrōnes detractores deo o s dibiles stumeliosos superbos elatos inuentores malozum parē tibus non obediētes insipientes incompósitos sine affectione absqz federe sine misericordia. **Q**ui cum iusticiā dei cognouissent nō intellexerūt. qm̄ q̄ talia agunt. digni sunt morte. nō solum q̄ ea faciunt. s; etiā q̄ consentiūt faciētibus. ij

**P**ropter qd inexcusabiles o hō om̄is q̄ iudicas. **I**n q̄ enī alteruz iudicas: teipm̄ pdannas. **E**adem enim agis que iudicas. **S**cim<sup>o</sup> ei qm̄ iudiciū dei ē fm̄ vitatē in eos q̄ talia agūt **E**xistias aut hoc o hō q̄ iudicas eos q̄ talia agūt et facis ea. qz tu effugies iudiciū dei: **A**n diuitias bonitatis eius et paciētie et lon ganimitatis p̄temnis: **I**gnoras qm̄ benignitas dei ad p̄niam te adducit: **S**edm̄ at duriciā tuā et impenitens cor thesaurisas tibi irā in die ire et reuelatōis iusti iudiciū dei q̄ reddet vnicuiq; fm̄ opa eius. his q̄dem q̄ fm̄ paciētiā boni opis glām et honores et incorruptōez q̄rentib<sup>o</sup> vitā eternā. his at qui s; ex p̄tētōe et qui

## Ad Romanos

nō acquiescūt vitati. credunt aut iniquitati. ira et indignatio tribulatio et angustia in omnes animas hominis operantis malū. iudei primū et greci. Gloria aut et honor et pax omni operanti bonū. iudeo primū et greco. Nō enim est acceptio personarū apud deū. Quicūq; enim sine lege peccauerūt. sine lege peribunt. Et quicūq; in lege peccauerūt. p̄ legē iudicabunt. Nō enim auditores legis iusti sūt apud deū s; factores legis iustificabūtur. Cū enim gētes q̄ legē nō hnt naturaliter ea que legis sūt faciūt. cuiusmodi legē nō hntes ipi sibi sūt lex. q̄ nōdum opus legis sc̄ptū in cordib; suis. testimoniū reddēte illis sc̄cia ipoz. et inter se inuicē cogitationū accusantium aut etiā defendentiū. in die cū iudicabit d̄s occulta hominū sicut euāgelii meū p̄ iesum xpm. Si aut tu iudeus cognominaris et requiescis in lege et gloriaris in deo et nostri voluntatē ei⁹ et p̄bas utiliora instruct⁹ p̄ legē. sc̄dis teipm esse ducē cecoz. lumen eoz q̄ in te nebris sūt. eruditorē in sapientiū. maḡm in infantū. hntem formaz sc̄ie et veritatis in lege. Qui ergo aliū doces teipm nō doces. qui p̄dicas nō furandū furaris. Qui dicis nō mechandū. mecharis. Qui abominaris idola sacrilegiū facis. Qui in lege gloriaris. p̄ p̄uaricatōem legis deū inhonoras. Nōmē ei di p̄ vos blasphematur inter gētes sicut sc̄ptū est. Circūcisio quidē prodest si legem obsues. si aut p̄uaricator legis sis. circūcisio tua p̄putiū facta est. Si igitur p̄putiū iusticias legis custodiat. nōne p̄putiū illi⁹ in circūcisionē reputabit. Et iudicabit id qd̄ ex natura ē p̄putiū legē sc̄sumas te. qui p̄ram et circūcisionē p̄uaricator legis es. Nō enim q̄ in manifesto iude⁹ est neq; que in manifesto in carne est circūcisio. s; q̄ in abscondito iude⁹ est. et circūcisio cordis in spiritu non littera. cuius laus non ex hominibus s; ex deo est.

**Q**uid ergo amplius iudeo ē. aut que utilitas circūcisionis. Multū per oēm modū. Primū q̄dem quia credita sunt ill' eloq̄a dei. Quid enim si q̄dam illozū non crediderunt. Nunq̄d incredulitas illozū fidem dei euacuauit. Absit. Est aut deus verax. omnis autem homo mendax. sicut scriptū est. vt iustificeris in s̄monibus tuis et vincas cū iudicaris. Si autem iniquitas nostra iusticiam dei commendat. Quid dicemus. Nunquid iniquus est deus qui infert iram. Secūdū hominem dico. Absit. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum. Si enim veritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipius. quid adhuc et ego tanq̄ peccator iudicor. et non

## Ad Romanos

sicut blasphemamur. et sicut aiunt quidam nos dicere. faciamus mala ut veniant bona. Quorum damnatio iusta est. Quid ergo? Prececellim<sup>9</sup> eos. Nequaquam. Lausati enim sum<sup>9</sup> iudeos et grecos omnes sub peccato esse. sicut scriptum est. Quia non est iustus quisquam non est intelligens. non est requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum. non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum. Linguis suis dolose agebant. venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenus est. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Conteritio et infelicitas in visceribus eorum. et viam pacis non cognouerunt. non est timor dei ante oculos eorum. Sciam<sup>9</sup> autem quoniam quecumque lex loquitur. his que in lege sunt loquitur. Ut omne os obstruat et subdit<sup>9</sup> fiat omnis mundus deo. quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei manifesta est. testificata a lege et prophetis. Iusticia autem dei per fidem iesu christi. in omnes et super omnes qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt. et egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiam ipsi<sup>9</sup> per redemptionem que est in christo iesu. quem proposuit deus propitiatorum per fidem in sanguine ipsi<sup>9</sup> ad ostensionem iusticie sue propter remissionem peccatorum delictorum in susceptione dei ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore. ut sit ipse iustus et iustificans eum qui ex fide est iesu christi. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam leges factorum? Non. Sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An iudeorum deus tantum? Nonne est gentium. Immo et gentium. Quoniam quidem vnus est deus qui iustificat circumcisionem ex fide. et preputium per fidem. Legem ergo destruimus per fidem. Absit. Sed legem statuimus.

Ca. iij.

**Q**uid ergo dicem<sup>9</sup> inuenisse abraam patrem nostrum secundum carnem. Si enim abraam ex operibus legis iustificatus est. habet gloriam. sed non apud deum. Quid enim dicit scriptura? Credit abraam deo. et reputatum est illi ad iusticiam. Si autem qui operatur. merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum. Si vero qui non operatur. creditur autem in eum qui iustificat impium. reputatur fides eius ad iusticiam secundum propositum gratie dei. sicut et dauid dicit beatitudinem hominis cui de<sup>9</sup> accepto fert iusticiam sine operibus. Bona ergo remissa sunt.



## Ad Romanos

iniquitates. et quorum tecta sunt peccata **Beat** vir cui non imputa-  
uit dominus peccatum. **Beatitudo** ergo haec in circumcissione tantum  
manet. an etiam in preputio: **Dicimus** enim quia reputata est fides  
abrae ad iusticiam. **Quo** ergo reputata est. in circumcissione. an in  
preputio: **Non** in circumcissione sed in preputio. et signum accepit circum-  
cissionis signaculum iusticie fidei que est in preputio. ut sit pater omnium  
crecentium per preputium. ut reputet et illis ad iusticiam. **Et** sic pa-  
ter circumcissionis non his tantum qui sunt ex circumcissione. sed et his que se-  
ctatur vestigia fidei que est in preputio patris nostre abrae. **Non** enim  
per legem promissio abrae. aut semini eius ut heres esset mundi. sed per  
iusticiam fidei. **Si** enim qui ex lege heredes sunt. exinanita est fides  
abolita est promissio. **Lex** enim iram operatur **Ubi** enim non est lex. nec  
prevaricatio. **Ideo** ex fide. ut secundum gratiam firma sit promissio omni se-  
mini. **Non** enim que ex lege est solum. sed et ei qui ex fide est abrae qui  
pater est omnium nostrum sicut scriptum est. **Quia** patrem multarum  
gentium posui te ante deum cui credidisti qui vivificat mortuos et  
vocat ea que non sunt. tanquam ea que sunt. **Qui** contra spem. in spem  
credidit. ut fieret pater multarum gentium secundum quod dictum est ei  
**Sic** erit semine tuum sicut stelle celi et sicut arena que est in litore ma-  
ris. **Et** non infirmatus est in fide nec consideravit corpus suum emortuum  
cum iam fere centum esset annorum. et emortuam vulvam sate. **In**  
repromissione etiam dei non hesitavit diffidentia. sed confortatus est fi-  
de. dans gloriam deo. plenissime sciens quod quicumque promisit deus po-  
tens est et facere. **Ideo** et reputatum est illi ad iusticiam. **Non** est autem  
scriptum tantum propter ipsum. quia reputatum est illi ad iusticiam sed  
et propter nos quibus reputabitur creditibus in eum qui suscitavit iesum  
christum dominum nostrum a mortuis. qui traditus est propter delicta  
nostra. et resurrexit propter iustificationem nostram

**I**ustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum per domi-  
num nostrum iesum christum per quem habemus accessum per fi-  
dem in gloriam istam in qua stamus. et gloriamur in spe glorie fili-  
orum dei. **Non** solum autem. sed et gloriamur in tribulationibus. **Sci-**  
entes quod tribulatio patientiam operatur. patientia autem probatio-  
nem. probatio vero spem. **Spes** autem non confundit. quia charitas dei dif-  
fusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. **Ut**  
quid enim christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro im-  
pijs mortuus est: **Vir** enim pro iusto quis moritur. **Nam** pro bono forsitan  
quis audeat mori: **Comendat** autem charitatem suam deus in nobis.

## Ad Romanos

qm̄ si cum adhuc peccatores essemus fm̄ tps̄ xp̄us pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nūc iustificati in sanguine ip̄ius salui erimus ab ira p̄ ip̄m. Si enī cū inimici essemus. recōciliati sum⁹ deo p̄ mortē filij ei⁹ multo magis recōciliati salui erim⁹ in vita ip̄ius. Nō solū autē: s̄z ⁊ gloriāmur in deo p̄ dñm̄ n̄m̄ iesum̄ xp̄m: p̄ quē nūc recōciliatōem accepim⁹. Propterea sicut p̄ vnū hoīem peccatū in hunc mūdū intravit. ⁊ per pctm̄ mors ⁊ ita in om̄s hoīes mors p̄trāsīt in quo om̄s peccauerūt. Usq̄ ad legē em̄ peccatū erat in mūdo. Peccatū autē nō imputabatur cū lex non esset sed regnavit mors ab adam vsq̄ ad moysen: etiā in eos qui non peccauerunt in similitudinē preuaricatōis adē qui est forma futurū. S̄z non sicut delictū: ita ⁊ donū. Si enī vn̄ius delicto multi mortui sunt. multo magis gr̄a dei et donū in gratia vn̄ius hoīs iesū xp̄i in plures abundavit Et non sicut p̄ vnū peccatū: ita ⁊ donū. Nā iudiciū quidē ex vno in cōdemnatioz. gr̄a autē ex multis delictis in iustificationē. Si em̄ vn̄i delicto mors regnavit p̄ vnū. multo magis abundantia gr̄e ⁊ donatōis ⁊ iusticie accipientes in vita regnabūt p̄ vnū iesum̄ xp̄m. Igitur sicut per vn̄i delictū in om̄s hoīes in cōdemnationē. sic ⁊ p̄ vn̄ius iusticiā in omnes hoīes in iustificationē vite. Sicut em̄ p̄ inobediētiā vn̄ius hoīs peccatores cōstituti sunt mlti. ita per vn̄ius obediētiā iusti cōstituentur multi. Lex autē subintravit. vt abundaret delictū. Ubi autē abundavit delictū. superabundavit ⁊ gr̄a. vt sicut regnavit peccatū in mortē. ita ⁊ gratia regnet per iusticiā in vitā eternā. p̄ iesum̄ xp̄m dñm̄ n̄m̄

**Q**uid ergo dicemus? Manebimus in peccato. vt gr̄a abundet? Absit. Qui em̄ mortui sumus peccato. quō adhuc viveamus in illo? An ignoratis fratres: q̄ quicūq̄ baptizati sum⁹ in xp̄o iesū. in mortē vn̄ius baptizati sumus? Cōsepulcra sumus cū illo per baptismū in mortē. vt quō xp̄us surrexit a mortuis per gloriā patris. ita ⁊ nos in novitate vite ambulem⁹ Si em̄ cōplantati facti sum⁹ similitudinē mortis eius. simul ⁊ resurrectōis erimus. Hoc scientes q̄ vetus hō noster simul crucifixus est vt destruat corpus peccati. vt ultra nō servemus pctō. Qui em̄ mortuus est. iustificatus est a peccato. Si autē mortui sumus cū xp̄o. credimus q̄ simul etiā viveam⁹ cū illo. scientes q̄ xp̄us resurgens ex mortuis iā nō moritur. mors illi ultra nō dominabitur. q̄ em̄ mortuus est peccato. mortuus est semel. q̄ autē

## Ad Romanos

viuit. viuit deo. Ita et vos existimate vos mortuos quidem esse peccato. viuētes autem deo in xpo iesu. Nō ergo regnet peccatū in vō mortali corpe. vt obediatis concupiscētis ei. Sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccatō s; exhibete vos deo tanq; ex mortuis viuētes. et membra vō arma iusticie deo. Peccatū em vobis nō dominabit. nō em sub lege estis sed s; gratia. Quid ergo? Peccauim? quoniam nō sum? sub lege. sed sub gratia? Absit. An nescitis qm cui exhibetis vos seruos ad obediendum. fui estis ei? cui obedistis. siue peccati ad mortem siue obediētionis ad iusticiam? Grās autem ago deo q; fuistis serui peccati. obedistis autem ex corde in eam formam doctrine in qua traditi estis. Liberati autem a peccatō serui facti estis iusticie. Humanum dico. pp̄ infirmitatem carnis vestre. Sicut em exhibuistis membra vō seruire in inuidicie et iniquitati ad iniquitatem. ita nūc exhibete membra vestra seruire iusticie in sanctificationem. Cum em serui essetis peccati. liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis. in quib; nūc erubescitis? Nā finis illoz mors est. Nūc vero liberati a peccato serui autem facti deo. habetis fructum vestrum in sanctificatione finem vero vitam eternam. Stipendia em peccati mors. gratia autem dei vita eterna in xpo iesu domino nostro.

Ca. vii.

**A**lignozatis fratres. scientib; enim legem loquor. quia lex in homine dominat quāto tempore viuit. Nam q; sub viro ē mulier. viuēte viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir ei? soluta est a lege viri. Igit; viuēte viro vocabit; adultera. si fuerit cum alio viro. si autem mortu? fuerit vir ei?. liberata est a lege viri. vt nō sit adultera si fuerit cum alio viro. Itaq; fratres mei et vos mortificati estis legi per corp; christi vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit. vt fructificetis deo. Cum em essemus in carne. passiones peccatoz que per legem erāt operabantur in membris nostris vt fructificaret; morti. Nunc autem soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur. ita vt seruiam; in nouitate spūs et nō in vetustate littere. Quid ergo dicem? Lex peccatum est? Absit. S; peccatum nō cognoui nisi per legem. Nā concupiscētiam nesciebā. nisi lex dicēt. Nō concupisces. Occasione at accepta. peccatū p; mādatū opatū est in me oēm concupis; Si ne lege em peccatū mortuū erat. ego at; viuebā sine lege aliq;. S; cū veiss; mādatū. peccatū fuit. Ego at; mortu? sū. et iuētā ē mihi

## Ad Romanos

mandatū qđ erat ad vitā. hoc esse ad mortē. Nā peccatū occasi-  
one accepta p mandatū seduxit me ⁊ p illud occidit. Itaq; lex qđ  
dē sancta ⁊ mandatū sanctū ⁊ iustū ⁊ bonū. Qđ ergo bonū ē mi-  
hi, factū est mors. Absit. qđ peccatū vt appareat peccatū p bonū  
opatū est mihi mortē. vt fiat supra modū peccans peccatū p mā-  
datū. Scio em qz lex spiritalis est. ego aut carnalis sum. venun-  
datus sub peccato. Qđ em opoz non intelligo. Nō em qđ volo  
bonū hoc ago. sz qđ odio malū. illud facio. Si aut qđ nolo illud  
facio. p sentio legi qm bona est. Nūc aut iam nō ego opoz illud.  
sz qđ habitat in me peccatū. Scio em qz nō habitat in me. hoc  
est in carne mea bonū. Nā velle adiacet mihi. p ficere aut non in-  
uenio. Nō em qđ volo bonū hoc facio. sz qđ nolo malū. hoc ago  
Si autē qđ nolo illud facio. iā non ego opoz illud. sz qđ habitat  
in me peccatū. Inuenio igitur legē volenti mihi facere bonum.  
qm mihi malū adiacet. Condelector em legi dei fm interiorē ho-  
minē. Video aut aliā legē in mēbris meis repugnantē legi men-  
tis mee ⁊ captiuantē me in lege peccati q est in mēbris meis. In-  
felix ego hō. q̄s me liberabit de corpe mortis huius? Grā dei p ie-  
sum xpm dñm nr̄m. Igitur ego ipe mente seruo legi dei. Carne  
aut legi peccati.

vii.

**N**ihil ergo nūc dānatōis est his q̄ sunt in xpo iesu. q̄ nō fm  
carnē ambulāt. Lex em spūs vite in xpo iesu liberauit me  
a lege peccati ⁊ mortis. Nā qđ ipossibile erat legi in q̄ infirma-  
batur p carnē. deus filiū suū mittēs in similitudinē carnis pec-  
cati. ⁊ de peccato dānauit peccatū in carne. vt iustificatio legis  
impleretur in nobis. q̄ nō fm carnē ambulam⁹. sz spm. Qui ei  
fm carnē sunt. q̄ carnis st̄ sapiūt. q̄ vero fm spūm. q̄ sunt spūs  
sentiūt. Nā prudētia carnis mors est. prudentia aut spūs vita  
⁊ pax. Qm sapia carnis inimica ē deo. Legi em dei nō ē subiecta  
nec emi p̄t Qui at̄ i carne sūt. deo placere nō p̄nt. Vos aut i car-  
ne non estis. sz in spū. si tñ spūs dei hitat in vobis. Si quis aut  
spūm xpi nō hz. hic nō est ei⁹. Si aut xps in vobis est. corp⁹ qui  
dem mortuū est ppter peccatū. spūs dō viuit ppter iustificatōez  
q̄ si spūs eius q̄ suscitāt iesum a mortuis hitat in nobis. q̄ susci-  
tauit iesu xpm a mortuis viuificat ⁊ mortalia corpa v̄ra ppter  
inhabitātē ipūm eius in vobis. Ergo fr̄es debitores sum⁹ nō car-  
ni vt fm carnē viuam⁹. Si em fm carnē vixerit⁹ moriemī. si at̄  
spū facta carnis mortificaueritis viuetis. Quicumq; em spiritu

h i

## Ad Romanos

dei aguntur. hi sunt filij dei. Nō em̄ accepistis sp̄m̄ fuitutis iterū  
in timore. s; accepistis sp̄m̄ adoptōis filioꝝ dei in quo clamam⁹  
abba pater. J̄c em̄ sp̄s testimoniū reddit sp̄i nro. q̄ sum⁹ filij  
dei. Si aut̄ filij ⁊ heredes. hēdes q̄dem dei. coheredes at̄ xp̄i. si tñ  
cōpatimur ut ⁊ simul ⁊ glorificemur. Existimo em̄ q̄ non sunt  
⁊digne passiōes hui⁹ t̄pis ad futurā glām q̄ reuelabitur in nob̄.  
Nā expectatio creature reuelatōez filioꝝ dei expectat. Vanitati  
em̄ creatura subiecta est nō volens. s; propt̄ eū q̄ subiecit eaz in  
spe. q; ⁊ iōa creatura liberabitur a fuitute corruptōis in libertas  
tē glorie filioꝝ dei. Scim⁹ em̄ q̄ om̄is creatura in gemiscit ⁊ pu  
rit vsq; adhuc. Nō solū a it̄ illa. s; ⁊ nosip̄i p̄micias sp̄s h̄ntes  
⁊ iōi intra nos gemim⁹ adoptōez filioꝝ dei. expectātes redem̄ p̄ti  
onem corpis nri. Spem̄ salui facti sumus. Spes aut̄ q̄ videt  
nō est spes. Nā qd̄ videt q̄s. qd̄ sperat. Si aut̄ q̄ nō videmus  
speram⁹ p̄ patientiā expectamus. Sicut aut̄ ⁊ sp̄s adiuvat infir  
mitatē nrām. Nā qd̄ orem⁹ sicut oportet nescim⁹. s; ipse sp̄s  
postulat pro nobis gemitib⁹ inenarrabilib⁹. Qui aut̄ scrutatur  
corda. scit qd̄ des̄ceret sp̄s. q; fm̄ deum postulat pro sc̄is. Sci  
mus aut̄ qm̄ diligentib⁹ deū om̄ia coopant̄ in bonū. his q̄ fm̄ p̄  
positū vocati sunt sancti. Nā q̄s p̄sc̄iuit ⁊ p̄destinavit ⁊ forme  
fieri imaginis filij sui. ut sit ip̄e p̄moge nit⁹ in multis fratribus.  
Quos aut̄ p̄destinavit hos ⁊ vocavit. ⁊ q̄s vocavit hos ⁊ iustificauit.  
Quos aut̄ iustificauit. illos ⁊ magnificauit. Quid ergo  
dicemus ad hec. Si d̄s pro nob̄ q̄s ⁊tra nos. Qui etia; pro p̄o  
filio suo nō pep̄cit d̄s. s; pro nobis om̄ib⁹ tradidit illū. Quo nō  
etia; cum illo om̄ia nobis donauit. Quis accusabit aduersus  
electos dei. Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet. Chris  
tus Iesus qui mortuus est. im̄mo qui ⁊ resurrexit. qui ē ad dex  
terā dei. qui etiā interpellat pro nobis. Quis ergo nos sepabit a  
caritate xp̄i. Tribulatio an angustia an fames an nuditas an pe  
riculum an persecutio an gladius. sicut scriptū est. Quia propt̄  
te mortificamur tota die estinati sumus sicut oues occisionis.  
sed in his omnibus superam⁹ propter eum qui dilexit nos. Cer  
tus sum em̄ quia neq; mors neq; vita neq; angeli neq; principa  
tus neq; virtutes neq; instantia neq; futura neq; fortitudo neq;  
altitudo neq; profundus neq; creatura alia poterit nos separare  
a caritate dei que est in xp̄o iesu domino nostro  
**Q**uiritatem dico in xp̄o Iesu non mentior testimoniū mihi

## Ad Romanos

perhibent: conscientia mea in spiritu sancto. quoniam tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a xpo pro fratribus meis qui sunt cognati mei scilicet in carnem qui sunt israelite quorum adoptio est filiorum. et gloria et testamentum et legislatio et obsequium et promissa quorum patres ex quibus est xpus scilicet in carne qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Non autem quod exciderit verbum dei. non est omnes qui ex circumcisioe sunt israel hi sunt israelite. neque qui semen sunt abrae omnes sunt filij. Sed in Isaac vocabitur tibi semen. id est non qui filij carnis hi filij dei. Sed qui filij sunt promissionis estimantur in femine. Promissionis enim verbum hoc est in hoc tempus veritas et erit Sarc filius. Non solum autem illa. sed et Rebecca ex vno concubitu habens geminos filios Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent aut aliquid boni egissent aut mali. ut scilicet electione propolitu dei maneret. non ex operibus sed ex vocante dictum est ei. quia maior seruiet minori sicut scriptum est. Jacob dilexi. Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moyses enim dixit. Miserebor cui misertus sum. et misericordiam prestabo cui miserebor. Igitur non volentis neque currentis. sed miserentis est dei. Dicit enim scriptura Pharaoni. quia in hoc ipsum excitavi te. ut ostendam in te virtutem meam. et ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra. ergo cuius vult miseretur. et quem vult indurat. Dicit itaque mihi Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Dico tibi qui es qui respondeas deo Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit. quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem. aliud vero in contumeliam. quod si deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interitum. ut ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriam. Quos et vocauit non solum ex iudeis. sed et ex gentibus. sicut in Osee dicit. Vocabo non plebem meam. plebem meam. et non dilectam dilectam. et non misericordiam persecutam misericordiam persecutam. Et erit in loco vbi dictum est eis non plebs mea vos: tibi vocabuntur filij dei viui Esaias autem clamat pro israel Si fuerit numerus filiorum israel tanquam arena maris reliquie salue fiet Verbum enim stimans et abbrevians in equitate. quod verbum breuiatum facit dominus super terram. Et sicut predixit Esaias nisi dominus sibi ob-

## Ad Romanos

reliquisset nobis semen. sicut zodomā facti essem⁹ ⁊ sicut gomorra siles fuisset⁹. Quid ergo dicem⁹ q̄ gētes q̄ nō sectabātur iusticiā apphenderūt iusticiā. iusticia autē q̄ ex fide est. isrl' s̄o sectādo legē iusticie in legē iusticie nō puenit. Quare? Quia nō ex fide. s̄ q̄ ex opib⁹. Offenderūt em̄ in lapidē offensiōis sicut sc̄ptū est. Ecce pono in syon lapidē offensiōis ⁊ petrā scādali. ⁊ om̄s q̄ credit in eū ⁊ fundetur.

**F**ratres volūtas quidē cordis mei ⁊ obsecratio ad deū fit. pillis in salutē. Testimoniū em̄ phibeo illis q̄ emulatōz; quidē dei hnt. s̄ nō fm̄ sciam. Ignorātes em̄ iusticiā dei. ⁊ suazquerentes statuere. iusticie dei nō s̄t subiecti finis em̄ legis xp̄us ad iusticiā omni credenti. Moyses em̄ sc̄psit qm̄ iusticiā que ex lege est q̄ fecerit hō viuet in ea. Que autē ex fide est iusticia sic de Te dixeris in corde tuo. quis ascendet in celū. i. xp̄m deducere. aut quis descēdet in abyssū. hoc est xp̄m a mortuis reuocare. S̄ qd̄ dicit sc̄ptura. Prope est s̄bum in ore tuo ⁊ in corde tuo. Hoc est s̄bū fidei qd̄ pdicamus. qz si ⁊fitearis in ore tuo dñm iesum. ⁊ in corde tuo credideris q̄ d̄s illū suscitauit a mortuis. saluus eris. Corde em̄ creditur ad iusticiā. ore autē ⁊fessio fit ad salutē. Dicit em̄ sc̄ptura. Om̄s qui credit in illū non ⁊fundetur. Nō em̄ est distinctio iudei ⁊ greci. Naz idē dñs oim. diues in om̄s qui inuocant illū. Om̄s em̄ quicūq; inuocauerit nomē d̄mini saluus erit. Quō ergo inuocabūt in quē nō crediderūt. aut quō credent ei quē nō audierūt. Quō autē audiet sine pdicāte. q̄ modo s̄o pdicabūt. nisi mittāt. sicut sc̄ptuz est. q̄ speciosi pedes euangelizantiū pacē. euangelizantiū bona. S̄ nō om̄s obediūt euangelio. Isaias em̄ dicit. Dñe quis credidit auditui n̄ro. Ergo fides ex auditu. audit⁹ autē p̄ s̄bū xp̄i. S̄ dico Nunquid nō audierunt. Et quidem. In omnem terram exiuit sonus eorum. ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Sed dico. Nunquid israel non cognauit. Primus moyses dicit. Ego ad emulationez vos adducam in omnem gentem. in gentem insipientem. in irā vos mittam. Isaias autem audit ⁊ dicit. Inuentus sum a non querentibus me. palam apparui his qui me non interrogabāt. Ad israel autem dicit. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem. s̄ ⁊radicentē mihi.

**D**ico ergo. Nunquid deus repulit populum suum. Absit. Nam et ego israelita sum. ex semine Abrahā de tribu

## Ad Romanos

beniamin. Non repulit deus plebem suam quam prescluit. An nescitis in helia quid dicit scriptura. quemadmodum interpel-  
lat deum aduersum isrl? Domine pphetas tuos occiderunt. alta-  
ria tua suffoderunt. et ego relictus sum solus. et querunt animam me-  
am. Sed quid dicit illi diuinum respõsum? Reliqui mihi sep-  
tem milia viroz. qui nõ curuauerunt genua ante baal. Sic ergo  
et in hoc tempore reliquie scdm electionem gratie dei salue facte  
sunt. Si autem grã iam nõ ex operib⁹. alioquin gratia iam non  
est gratia. Quid ergo? Quod querebat isrl hoc nõ est consecut⁹  
electio autem cõsecuta est. ceteri vero excecari sunt. sicut scriptũ  
est. Dedit illis de⁹ spũm compunctiõis. oculos vt nõ videant. et  
aures vt non audiãt. vsq; in hodiernum diem. Et dauid dicit. fi-  
at mensa eoz coram ipis in laqueum et i captiõem et i scandalũ  
et i retributionem illis. Obscurẽtur oculi eorum ne videant. et  
dorsum eoz semper incurua. Dico ergo Nunquã sic offenderunt  
vt caderẽt: Absit. Sed illorum delicto. sal⁹ est gentib⁹ vt illos  
emulẽtur. q̃ si delictum illorum diuitie sunt mundi. et diminu-  
tio eorum diuitie gẽtium. quãtomagis plenitudo eorum? Uob  
enim dico gentib⁹. q̃dũ quidem ego sum gẽtium apostol⁹. mi-  
nisterium meum honorificabo. siquomodo ad emulãdum pro-  
cem carnem meam. et saluos faciam aliquos ex ill. Si em̃ amif-  
sio eorum recõciliatio est mũdi. que assumptio nisi vita ex mor-  
tuis. q̃ si delibatio sancta est. et massa. et si radix sancta. et rami.  
q̃ si aliqui ex ramis fracti sunt. tu autem cum oleaster esses. mi-  
ser t⁹ es in illis. et soci⁹ radicis et pinguedis oliue factus es. noli  
gloriarĩ aduersus ramos. q̃ si gloriaris. non tu radicem portas  
sed radix te. Dicit ergo. Fracti sunt rami vt ego inserar. Bene  
propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas. Noli  
altum sapere. sed time. Si enim de⁹ naturalibus ramis nõ per-  
percit. ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem et seuerita-  
tem dei. In eos quidem qui ceciderũt. seueritatem. in te autez bo-  
nitatem dei. si permanseris in bonitate. alioquin et tu excideris.  
Sed et illi si non permanserint in incredulitate inserentur. Po-  
tens est enim deus iterum miserere illos. Nam et si tu ex natura-  
li excisus es oleastro et contra naturam insert⁹ es in bonam oliuã  
quãtomagis hi scdm naturam inserentur siue oliue? Nolo  
em̃ vos ignorare fratres misterium hoc. vt non sitis vobis ipsi



## Ad Romanos

sapientes. qz cecitas ex pte ptingit in isrl. donec plenitudo genti-  
um intraret. z sic omnis isrl salu<sup>9</sup> fieret. sicut scriptum est. Ve-  
niet ex syon. q<sup>9</sup> eripiat z evertat impietatem a iacob. Et hoc illis  
a me testamētum. cum abstulero pctā eoz. Scdm euāgelium q<sup>9</sup>  
dem inimici ppter vos. scdm electionem autem carissimi ppter  
patres. Sine pna em sunt dona z vocatio dei Sicut em aliqn  
et vos nō credidistis deo. nūc autem miam cōsecuti estis ppter i-  
credulitatem illoz. ita z isti nūc nō crediderūt in vestram miam  
vt z ipsi misericordiam cōsequantur Cōclusit em de<sup>9</sup> omnia increduli-  
tate. vt oīm misereat. **D**altiludo diuitiaz sapie z scie dei qz in-  
comphensibilia sunt iudicia ei<sup>9</sup> z inuestigabiles vie ei<sup>9</sup> Quis em  
cognouit sensum dñi. aut qs cōsiliari<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> fuit? Aut quis por de-  
dit illi. z retribuet ei? Quontā ex ipso z p ipm z in ipso sunt oia  
Ipsi gloria in secula seculoz amē Ca. xij.

**O**bscero itaqz vos frēs p miam dei. vt exhibeatis corpa ve-  
stra hostiam viuētem sanctam deo placētem. rōnabile obse-  
quium vestz. Et nolite cōformari huic seculo. sz reformamini in  
nouitate sensus vñ. vt pbetis que sit volūtas dei bona. z benepla-  
cēs z pfecta. Dico enim p grām q<sup>9</sup> data est mihi omnib<sup>9</sup> qui sūt  
int<sup>9</sup> vos. nō pl<sup>9</sup> sapere qz oportet sape. sed sapere ad sobrietatem.  
vt vnicuiqz sicut de<sup>9</sup> diuisit mēsuram fidei Sicut em in vno cor-  
pore multa membra habem<sup>9</sup>. omnia autem membra nō eundem  
actum habēt. ita multi vnum corp<sup>9</sup> sum<sup>9</sup> in christo. singuli autē  
alter alteri<sup>9</sup> membra. habētes autem donatiōes fm grām q<sup>9</sup> da-  
ta est nobis differētes. siue pphetiam scdm rationem fidei: siue  
ministeriū in mīstrando. Siue qui docet i doctrina. Qui exhor-  
tat in exhortādo. Qui tribuit in simplicitate. Qui preest in sol-  
licitudie. q<sup>9</sup> miseref i hilaritate. Dilectio sine simlātōe Odiētes  
malū adherētes bono Caritatē fraternitatē inuicē diligētes hōre in-  
uicē preueniētes Sollicitudie nō pigri. spū feruētes. dño fuien-  
tes. Spe gaudētes. in tribulatiōe patiētes. orōni instātes Ne-  
cessitatib<sup>9</sup> sanctoz cōmunicātes. hospitalitatem sectātes Bñdi-  
cite persequentib<sup>9</sup> vos Benedicite z nolite maledicere. Gaudete  
cum gaudentib<sup>9</sup>. flete cum flentib<sup>9</sup> Idē sum inuicem sentientes  
non alta sapientes. sed humilib<sup>9</sup> consentiētes. Nolite esse pruden-  
tes apud vosmetipsos. Nulli malum p malo reddentes pruden-  
tes bona. non tantum coram deo. sed etiam coram omnib<sup>9</sup> homi-  
nib<sup>9</sup>. Si fieri potest quod ex vobis est. cum omnib<sup>9</sup> hominibus

## Ad Romanos

pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi. sed date locum ire. Scriptum est enim. Mibi vindictam. et ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus cibus illum. Si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbonem ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo. sed vince in bonum malum.

Ca. xij.

**O**mnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Que autem sunt a deo ordinatae sunt. Itaque qui resistit potestati. dei ordinationi resistit. Qui autem resistit. ipse sibi damnationem requirit. Nam principes non sunt timori boni operis. sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac. et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris tibi. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est vindicatrix in iram ei qui male agit. Ideoque necessitate subditi estote. non solum propter iram. sed etiam propter conscientiam. Ideo enim et tributa prestatis. Ministri enim dei sunt. in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum tributum. cui vectigal vectigal. cui timorem timorem. cui honorem honorem. Nemini quicquam detrahis. nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum. legem impleuit. Nam non adulterabis. non occides. non furaberis. non falsum testimonium dices. non concupisces rem proximi tui. et si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur. diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo pietatis dilectio. Et hoc scientes tempus. quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim prope est nostra salus. quam cum credimus. Nox precessit. dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. sic ut in die honeste ambulemus. Non in comessationibus et ebrietatibus. non in cubilibus et impudicijs. non in contentione et emulatione sed induimini dominum iesum christum. et carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Ca. xij.

**I**firmum autem in fide assumite. non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare se omnia. Qui autem firmus est solus manducet. Is qui manducat non manducatem non spernat. et qui non manducat manducatem non iudicet. Deus enim illud assumpsit. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat aut cadit. Stabit autem. Potens est enim deus sta-

## Ad Romanos

tuere illum. Nam ali<sup>9</sup> iudicat diem inter diem. ali<sup>9</sup> autem iudicat omnem diem. Unusquisq; in suo sensu abundet. Qui sapit diem domino sapit. et qui manducat domino manducat. Gratias enim agit deo. Et qui non manducat domino non manducat. et gratias agit deo. Non enim nost; sibi vivit. et nemo sibi morit;. Siue enim vivim<sup>9</sup> domino vivim<sup>9</sup>. siue morimur domino morimur. Siue ergo vivim<sup>9</sup> siue morimur. dñi sum<sup>9</sup>. In hoc enim christ<sup>9</sup> mortuus est et resurrexit. ut et vivoz et mortuozum dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal dei. Scriptum est enim Vivo ego dicit domin<sup>9</sup>. quoniam mihi flectetur omne genu. et omnis lingua confitebitur deo. Itaq; unusquisq; nostrum pro se rationem reddet deo. Non ergo ampli<sup>9</sup> inuicem iudicem<sup>9</sup>. sed hoc iudicate magis. ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Scio et confido in domino iesu. quia nihil commune per ipsum. nisi ei qui existimat quid commune esse illi comune est. Si enim propter cibum frater tu<sup>9</sup> contristatur. iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere. pro quo christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enim regnum dei escam et pot<sup>9</sup>. sed iusticia et pax et gaudium in spiritu sancto. Qui enim in hoc servit christo. placet deo. et probatus est hominib<sup>9</sup>. Itaq; que pacis sunt. sectemur. et que edificationis sunt inuicem custodiam<sup>9</sup>. Noli propter escam destitueri opus dei. Omnia quidem sunt munda sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non manducare carnem et non bibere vinum. neq; in quo frater tu<sup>9</sup> offendit aut scandalizatur aut infirmatur. Tu fidem quam habes penes te ipsum. habe coram deo. Beat<sup>9</sup> qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. qui autem discernit si manducauerit damnatus est. quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide. peccatum est

Ca. xv.

**O**rbem<sup>9</sup> autem nos firmiores inbecillitates infirmozum sustinere. et non nobis placere. Unusquisq; vestrum primo suo placeat in bonum ad edificationem. Etenim xpus non sibi placuit sed sicut scriptum est. impropria improprietatum tibi ceciderunt super me. Quicquid enim scripta sunt. ad nostram doctrinam scripta sunt. ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeam<sup>9</sup>. De<sup>9</sup> autem patientie et solarij det vob idipsum sapere in alterut; firm iesum xpm. ut unanimis uno ore honorificetis deum. et patrem dñi nri iesu

## Ad Romanos

xpi Propter qd suscipite inuicem. sicut et xps suscepit vos i hoc nozem dei. Dico em xpm iesum mistz fuisse circumcisiōis ppter veritatem dei ad pfirmādas pmissiōes patrum. gētes autem super mia. honorare deum. sicut scriptum est. Propterea pfitetoz tibi in gentibz domine. et nomi tuo cātabo. Et iterum dicit Letami ni gētes cum plebe eius. Et itez. Laudate oēs gentes dominū. et magnificate eū omīs ppli Et rursus isaias ait. Erit radix iesse et q exurgit regere gētes in eum gētes sperabūt. De<sup>o</sup> autem spei repleat vos omni gaudio et pace in credendo. vt abundetis in spe et virtute spūs sancti. Tert<sup>o</sup> sum autem frēs mei et ego ipe de vob. qm̄ et ipi pleni estis dilcōne. repleti omni scia. ita vt possitis alterutrum monere. Audaci<sup>o</sup> autem scripsi vobis frēs ex pte. tanq̄ in memoriam vos reducēs. ppter grām que data est mihi a deo vt sim mīster xpi iesu in gentibus sanctificās euāgelium dei. vt fiat oñlatio gētium accepta et sanctificata in spū sancto. Habeto igit gloriā in xpo iesu ad deum. Nōdum em audeo aliqd loqui eoz que p me nō efficit xps in obediētiam gētium. fctoz et factis i virtute signoz et pdigioz in fctute spūs sancti. ita vt ab hierl'm p circuitum vsqz ad illyricum repleuerim euāgelium xpi. Sic autem pdicaui euāgelium hoc. nō vbi nominat<sup>o</sup>. est xps. ne sup alienum fundamētum edificarem. sed sicut scriptum est. Qm̄ quibus nō est annūciatum de eo videbūt. et qui nō audierūt de eo intelligēt. Propt. qd et impediēbar plurimū venire ad vos. et phibit<sup>o</sup> sum vsqz adhuc. Nūc vero vlti<sup>o</sup> locum nō habēs in his regionibz. cupiditatem autem habēs veniēdi ad vos ex multis iā precedentibz annis cum in hispaniā pficisci cepero. spero q pter riēs videā vos et a vobis deducar illuc. si vobis pmū ex pte fruit<sup>o</sup> fuero. Nūc igit pficiscar in hierusalē mīstrare sanctis. Proba uerūt em macedonia et achaia collationē aliquam facē in pauperes sanctorz. qui sunt in hierl'm Placuit em eis et debitores sunt eoz. Nam si spūalium eoz particeps facti sunt gētilēs. debēt et i carnalibz mīstrare eis. Hoc igit cum cōsumauero et assigna uero eis fructum hūc. per vos pficiscar in hispaniam. Scio autē qm̄ veniēs ad vos in abundātia benedcōnis xpi veniam. Obscuro ergo vos frēs p dñm nostrum iesum xpm et p charitatem scīspūs vt adiuuetis me in orōnibz vestris p me ad deum. vt liberer ab infidelibus. qui sunt in iudea. et obsequiū mei oblatio accepta fiat in hierusalem sanctis. vt veniam ad vos in gaudio p volūtatez de.

## Ad Romanos

vt refrigerar vobiscum. De<sup>o</sup> autem pacis sit cum omnibus vobis amen.

Ca. xvi

